



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Glodesindis V. 25. Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

gui laboris maximum naulum. Certè CHRISTVM per Lyciam circumtulit, cùm, ut auctor S. Ambrosius est, hominum millia IV. supra XL. ferre CHRISTI jugum docuit. Virgam manui familiarem cùm ad concionem dicturus aliquando humi defixisset, confessim frondere vidit, & miraculo etiamnum pictores faverent. Sed & ad tribunalia tulit CHRISTVM. Captus enim & in vincula conjectus, Decio imperante, immissas ad se geminas & perfictæ frontis mulierculas à Venere ad CHRISTVM perduxit, cui etiam sanguine suo mox littarunt. Ipse candenter ab igne gileam indutus & in ferreum, cui flamme suberant, lectum abjectus dormire scilicet suaviter in his tormentis visus est. Inde jaculis militum sterit expositus, ingens meta, sed prorsus innoxia. Quidquid aiunt sagittam reversam dominū sui oculo perniciem attulisse, & medicinam eidem CHRISTOPHORI sanguinem fuisse, qui tandem certes gladio fortiter dedit, quod unum restare videbatur, ut humilem celi portam tam magnus subire posset. Ex Sur. & Lippel.

Beata anima, qua thalamum suum diligenter ac decenter adornat, ut cum digno ac placito Christum regem honore suscipiat. O anima, considera, qua sit illa Majestas suscipienda: cogita quā curā te illi preparare locum oporteat. Guerricus serm. 3. de Pacific.

S. GLODESINDIS V. 25. Iulij.

Fulstra estis DEI rivales homines. Nemo Christo Sponsam suam eripiet, quando contra haec pugnat, & propugnat ille pugnantem, id quod GLODESINDIS virgo jam olim fecit manifestum. Natam in principe familiâ domum ducebatur

Q²

bat

bat ex parentum, non virginis , voluntate , Obo-
nenus homo non tam sanguine, quām sceleribus no-
bilis , cūm ecce rege jubente nuptialis pompa in
funebrem abit, & hujus imperio Obolenus in cat-
cerem, non thalamum ducitur , sceleris convictus,
mortem subit, non lectum ; lessum audit, non Hy-
menæum. Vix hanc pugnam castitas pugnavit,
cūm altera excipit vietricem. Despondent iterum
homini GLODES INDEM , & melioribus jam, ut ipſi
putabant, auspiciis. Quid ageret pudor bis prodi-
tus? more Parthi fugiendo vincit, ad D. Stephani
contendit asylon, aram prehendit , & quem unum
deperibat, Sponsum L E S V M complectitur. Hederam
viti illigatam dixisse. Et jam septimus dies ierat, &
virgo celi deliciis plena non senserat famem , cūm
apparantur palam & in conspectu populi nuptia
placiturae tandem ipſi etiam virginī. Adsunt è celo
niridissimi duo Ephebi Paronymphi , tertius flam-
meo inde etiam allato non repugnantem obnubit,
jamque urbe attonitā , jam parentibus etiam galli-
dentibus, GLODES INDIS in thalamo suum (Vir-
ginum Collégium) abducitur. Ex Surio.

Cura habere lilia penes te, si vis habere Deum
habitatorē litorum habitantem in te. Opus tuum
studium tuum, desiderium tuum lilia esse profe-
stantur moralis guidam rerum ipsarum candor at-
que odor. S. Bern. serm. 71. in Cant.

S. SIMEON CONF. 26. Iulij.

Mundum omnem suis beneficiis obambulare
voluisse SIMEON videtur , etiam postquam
exivit è mundo, & vel inter Monachos vel Eremita-
colas vixit. Inter hos agenti cūm famae ultima
mina-